

do caueæ odium, & libertatis amor addiderat: Sed audite quod sequitur. Cum terrestri itinere ad portum Herculis peruenisset, nauem ascensuro, sine auctore: vox audita est: Mancine mane: Vox quidem sine auctore nulla est, sed auctorem illic præsertim perfacile latitare, Cauernosus enim ac syluestris locus ille est, mihi que notus optimè, nusquam in me magis ausis tempestatibus semel & iterum illic in terram eiectus, multos in littore dies egi. Non minus iustè (nisi fallor) territus, cum procellis obruerer: Et mortem antè oculos haberem, quam audita voce Mancinus: Qui vsque adeò pauefactus scribitur, vt alio cœptum iter flecteret: Sed quod oro prodigium tertium narratis? Cum iam, inquiunt, venisset & scapham esset ingressus, anguis eximix magnitudinis vilis mox euauit: ô ridiculâ historiam, ergo prodigiorum numerum calamitatibus æquaturus: Mancinus malè pugnavit, fœdum fœdus iniuit, turpiter se dedidit: quid dicturi fueratis si vixisset? Vulgare enim est, vt infaustis rerum euentibus, reprehensorum copia non desit.

ALIVD.

Sed vt ab Occasu ad Orientem despi-